reuserit corporis & sanguinis dn̄i? Prob & autem se unusquisq; & tunc de pane
manducet & de calice bibat sc̄a enim sc̄orum sunt: uides quomodo non dixit
sc̄a tantūmodo sed sc̄a sc̄orum? Vt si dicere & cybus iste sc̄s non est cōmunis om
nium nec cuiuscumq; indigni sed sc̄orum est: quanto magis hoc & de uerbo dī
recte merito quedicimus. hic sermo non est omniū. nec quilibet uerbi huius
potest audire mysterium? Sed sc̄orum est tantūmodo: qui purificati sunt
mente: qui mundi sunt corde: qui simplices animo: qui uita inreprehensibilis
qui conscientia liberi ipsorū est de hoc audire sermone ipsis possunt explanari
ista mysteria? Uobis enim datum est inquid nos se mysteria regni dī. Illis h'
idest qui non merentur qui non sunt tales ut mereantur. nec capaces esse pos
sunt ad intellegentiam secretorum: illis non potest dari iste sacerdotalis pa
nis qui est secretus & mysticus sermo: sed in parabolis qui cōmunis est uulgi?
Legitimum æternale hoc erit. legitimum namq; & æternum est omne quod
mysticū est: nam presentia hæc & passim uisibilia temporalia sunt. & finem
cito accipiunt. preterit enim habitus huius mundi? Quod si huius mundi pre
terit sine dubio & littere habitus preterit: & manent illa quæ æterna sunt que
sensus contin & spiritalis? Si ergo intelleximus primo quomodo ds̄ loquat
ad moysen & moyses filius isrl̄: secundo & iam rationem candelabri mundi
& lucernarum adque. olei eius testio quoq; panis propositionis & duabus
decimis singulos quosq; confectos: secundum uoluntatem sp̄s intelleximus.
demus operam quomodo & nos hoc tanto: & tam sublimi intellectu. non ef
ficiamur indigni: sed ut anima nr̄a pars fiat locus sc̄s & in loco sc̄o capiamus
sc̄a mysteria. p gratiam sp̄s sc̄i ex quo sc̄i ficatur omne quod sc̄m est ipsi
gloria & imperium in secula seculorum. AMEN EXPL̄. XIIIMA



INCIPIT OMELIA QUARTA DECIMA

De filio mulieris israheliticis et egyptii patris. qui nominans
nomen maledixit & de sententia dī in lata in eum. historia nobis re
citata est: cuiusquā uis uideatur aperta narratio tamen nisi diligen
tius contenentiam eiusq; est secundum litteram. consequamur inte
rior nobis sensus. aut facile patebit? Est ergo sermo scripture de quo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0538